

mul cum re res est, utputa species, quod Græce εἶδος; dicitur junguntur ista ὁμο et εἶδος, et significat ejusdem speciei: sic ὁμώνυμον, ejusdem nominis. Ergo cum jungitur ad οὐσίαν ὁμο, sicut ὁμοούσιον, ejusdem οὐσίας, id est ejusdem substantiæ. Ex hoc excluditur Arius, qui dixit, ex nihilo Christum. Item diximus ὁμο ὁμον significare, cum jungitur rei, nihil aliud, quam simul esse rem dicere, ut ὁμοκληκός simul una ætate, et ὁμοτρόφος, ὁμοῦ τραφέντας, simul nutritos? ergo ὁμοούσιον, simul substantiale dicemus, vel consubstantiale. Ecce habemus et latine nomina: quod si ita est, et ex hoc excluditur Arius, qui dixit, *fuit quando non fuit*. Etenim si dicimus, semper pater, semper filius, et si (Joan. 1, 1) *in principio erat λόγος et λόγος apud Deum*, quoniam principium sine ortu est, et sine tempore semper fuit Deus, semper λόγος, semper pater, semper filius. Hoc si ita est, exclusum est, ut dixi, *fuit quando non fuit*. Ecce est in utroque ὁμοούσιον, contra Arium positum, universamque Arii hæresim.

III. Hæc si vera sunt, accipite ὁμοούσιον: nam si non vultis, novelli Arii non latetis. Sed ut ex vestris actibus clarum est, dicitis quidem Christum Deum de Deo, lumen de lumine; verum factum, atque hoc modo natum non de substantia Dei, se de nihilo, idque ab aliis cogitis per argumenta vestra, ut audire possitis magis quam dicatis ipsi, et quare argumenta? O Deus, o Christe, succurre: si de Deo natus est Christus, aut divisus aut minutus est Deus. Hæc atque hujusmodi indigna sæpe profertis quasi corpus sit Deus, aut corporeus, aut hyle: heic enim divisio vel diminutio potest esse. Sed de isto multa jam diximus, quemadmodum in divinis, in incorporeis maximeque in anima, in spiritu, in mente, et magis in Deo aut motus sit, aut partus omnimodis. Etenim perfecta neque augeri, neque minui possunt, maxime circa substantiam, ἀυτόγωνα enim cum sunt et αὐτοδύναμα, de Deo dico de spiritu, qualia ipsa sunt, talia emittunt: nec ibi generatio immutatione generatio, neque ulla passio ibi, vel phantasia aliqua passionis. Interea his rationibus vestris quid cogitis nos fateri de nihilo Christum esse natum? Num minor vestra blasphemica est, cum vos eadem sentiat? Aut cur non est aperta vestra professio, si ita sentitis? Verum contraria vos loqui non videtis: dicitis enim Deum de Deo, lumen de lumine. Hoc de nihilo est, cum dicatis unde. Ergo de Deo Christus, non ergo de nihilo, de lumine non de nihilo; de Deo enim, de ip-

sius substantia intelligitur. Nam aliud est quod a Deo est: nam omnia a Deo, Christus autem de Deo est: ipse vero Christus λόγος est, vel λόγος Christus est.

IV. Postremo quaerite quid sit λόγος, et invenietis λόγος de nihilo esse non posse. Sed illi vos fallunt, illi, inquam, qui non intelligentes modum generationis, dicunt (Isa. LIII, 8), *Nativitatem Domini quis enarrare potest?* Primum de hominibus dictum videri potest, quis? vel, nemo. Spiritus autem sanctus et insinuare, et narrare potest. Unde et nos Dei patris, et Jesu Christi Domini nostri permissu diximus: et certe non desperatum hoc, sed cum miraculo dictum est. Deinde sit modus generationis ignotus, nos de substantia loquimur: si pater et filius, ὁμοούσιον. Quomodo autem Deus pater, et quomodo λόγος filius sit, cognitu difficile. Nunc autem hoc non videtur esse quaerendum: prius enim constendum, quod de substantia patris filius, et sic quomodo filius; qui modus est vere difficilis, et a nobis alibi tractatus. Ergo nunc de ὁμοούσιον, certe ut satisfiat vobis (pacem enim volumus cum omnibus), habemus quomodo exprimamus ὁμοούσιον, primum consubstantiale vel simul consubstantiale. Deinde si dicimus Deum de Deo, lumen de lumine: lumen autem pater est, item filius lumen: cum dicamus quia in patre est filius, et in filio pater est, dicamus etiam qui recte dicimus Deum de Deo, lumen de lumine: quod verum erit, et plenum ὁμοούσιον. An dubitatis? Quid si et hoc lectum est? blasphemica est contradicere. David (Psalm. xxxv, 10): *Est enim fons vitæ; et (Psalm. ibid.) In lumine tuo videbimus lumen*. Fatemini jam et hoc, et ὁμοούσιον. Similiter hoc objici potest ei qui dicit similem substantiam: eandem enim nos dicimus et simul substantiam, certe dictam in Isaia (Isa. XLIII, 10): *Nemo ante te, Deus, et nemo post te similis, Deus*. Et David (Psalm. xxxiv 10): *Quis tibi similis erit, Deus?* Hæc adversus eos, qui similem substantiam dicunt: sed et multa prætereo, quæ plenius uberiusque tractata sunt, contra eos tractatus, quos ipsi miserunt. Nam de illis non loquendum, qui dissimilem dicunt: nec de illis, qui eos qui ista tractant quæ dicimus, Patripassianos putant. Omnes enim isti et alii hæretici facile refutati sunt majore tractatu. Deus adesto Pater, et Deus Domine Jesu Christe, ut sit in plebe tua ὁμοούσια per ὁμοούσιον. Amen.

VICTORINI

DE TRINITATE HYMNI.

HYMNUM PRIMUS.

Adesto, lumen verum, pater omnipotens Deus.
Adesto, lumen luminis, mysterium et virtus Dei.
Adesto, sancte Spiritus, patris et filii copula.
Tu cum quiescis pater es, cum procedis, filius.
In unum qui cuncta nectis, tu es Spiritus sanctus.

Unum primum, unum a se ortum, unum ante unum
[Deus.

Præcedis omne quantum, nullis notus terminis.
Nihil in te quantum, quia neque quantum ex te est.
Namque ex te natum unum gignit magis, quam tenet
[quantum.

Hinc immensus pater est : mensus atque immensus A Non quo præcedat quidquam alterum, neque quo sit
[filius. [omnino alterum.
Unum autem et tu pater es, unumque genuit filius. Sed quo progressu actum sit ter triplex alterum.
Quod multa vel cuncta sunt, hoc unum est quod Filiius, actusque vita est, qua procedunt et creantur
[genuit filius. [omnia.
Cunctis qui *ἔντρος* semen est, vera virtus seminis. Fit idem doctor et magister, idem perfector spiritus.
In quo, atque quo gignuntur cuncta, virtus quæ fundit Seminatas sæclis animas irrigans scitis Sophiæ.
[Dei. Sophia autem cum sit Christus, idem Christus filius
Rursusque in semen redeunt genita quæque ex se- [docet,
[mine. Profectus Patre Patrem et Christum Spiritus.
Operatur ergo cuncta Christus qui omnis est virtus Hinc patris cuncta Christus : hinc habet Christi
[Dei. [cuncta Christus.
Namque Christus in quiete motus est, summus Deus. Sic Christus meus inter parentem et sese alterum
Atque ipse motus sapientia est, et virtus Dei. Spiritum implet parentem, dum esse præstat omni-
Nullo a substantia distans : quia quod motus, [nibus.
Hoc substantia est, quique motus, quia in ipso atque B Atque esse cunctis vita est : et hoc est quod in
[ipse est. [Christo factum est.
Ex Deo dictus Deus, natus autem : quia motus est ; Quid quia jungit ac salvat omnia, ac docet verum
Omnis enim motus nutus est, unumque cum sit [Deum.
[Deus. Christum sequentes, Christo renato sanctus jungit
[Spiritus.
Ac Dei motus, unus et idem Deus existit. Ergo Christus omnia, hinc Christus mysterium.
Tamen motus ipse esse, ut sibi sit hoc quod ipse mo- Per ipsum cuncta et in ipso cuncta, atque in ipsum
[tus est. [omnia.
Sed quia Dei motus est, habet in se motus Deum. Cujus altitudo pater est, ipse vero totus.
Rursusque ipso quia Dei motus est, habet in se mo- Progressus suo longitudo, et altitudo patris est.
[tum Deus. Hinc Christus apparens sæclis, ad profundum doctum
In filio igitur pater est, et in patre est ipse filius. [idque arcanum,
Sunt ergo singuli atque in semet semper, cum sint [singuli. Et intus intus docendo, Christus occultus factus
[spiritus.
Hinc duobus una virtus, hinc una substantia est. C Omnes ergo unum spiritum, omnes unum lumen.
Sed patre dante, quæ sibi sit filius substantia est. Hinc singulis vera, hinc tribus una substantia est.
Esse enim prius est, sic moveri posterum. Progressa a patre filio, et regressa a spiritu,
Non quo tempus illi adsit, sed in divinis ordo virtus Quia tres existunt singuli, et tres in uno singuli.
[est. Hæc est beata Trinitas, hæc beata unitas
Esse nam præcedit motum, re prius, non tempore.
Hoc esse dicti in Deo memorant substantiam.
Hic autem motus ortus est, nam gignit motus sub-
[stantiam.
Substantiæque generatio quid aliud quam substantia [est ?
Ergo motus et patris est, filius ergo eadem substan-
[tia est.
Hunc *λόγον* Græci vocarunt, intus in patre Deum :
Causa qui sit ad partum atque ortus omnium.
Nihil namque absque hoc creatum est : per hunc
[creata cuncta sunt. D se vivit Deus.
Hic *λόγος* si Christus est, et si *λόγος* vita est genitus, Miserere, Domine, miserere, Christe : vivit Chri-
λόγος a patre est : est enim vivus Deus, in quo cum stus, et quia Deus ei generando dedit, ut a semet
Substantia Deus sit, Deusque sit vita substantia. ipso vivat Christus, quia a semet vivit, semper vivit
Genitus autem filius vita est, una est substantia. Christus.
λόγος Deus, indiscretus ergo semper, semper et alter. Miserere, Domine, miserere, Christe : quod si a
Simul missus, mittenti par, et fons tamen manans, semetipso vivit pater : et patre generante a se vivit
[semper Filius, consubstantiale patri est, quod ut semper vivit
Discurrit, spargens vitas, missus ut flumen filius. Filius.
Hinc substantia unum ambo, fons Deus, flumen filius. Miserere, Domine, miserere, Christe : animam,
Sed quia in divinis substantia hoc idem quod vita est. Deus, dedisti mihi, anima autem imago vitæ est, quia
Vitaque ipsa est sapientia, ut præcedit esse. vivit anima in æternum, vivat et anima mea.
Cui inest princeps ac simplex vivere, sic adest. Miserere, Domine, miserere, Christe : si ad simili-
Intelligens sapiensque semper cum præcedit vivere. tudinem tuam, Deus pater, et ad imaginem Filii homo

factus sum, vitam creatus sæculis, quia me cognovit A Filius.

Miserere, Domine, miserere, Christe : amavi mundum, quia tu mundum feceras : detentus mundo sum, dum invidet mundus tuis : nunc odi mundum, quia nunc percepi Spiritum.

Miserere, Domine, miserere, Christe : succurre lapsis, Domine, succurre pœnitentibus : quia divino et sancto iudicio tuo quod peccavi, mysterium est.

Miserere, Domine, miserere, Christe : cognosco, Domine, mandatum tuum, cognosco reditum in anima scriptum mea, propero si jubes redire, nostri Salvator Deus.

Miserere, Domine, miserere, Christe : diu repugno, diu resisto inimico meo, sed adhuc mihi caro est, in qua victus diabolus, tibi triumphum magnum, nobis B fidei murum dedit.

Miserere, Domine, miserere, Christe : *Velle mihi adjacet* (Rôm. vii, 18), mundum et terras relinquere : sed imbecilla pluma est, velle sine subsidio tuo : da fidei pennas, ut volem sursum Deo.

Miserere, Domine, miserere, Christe : jam portas quæro spiritus, quas pandit Spiritus testimonium de Christo dicens, et quid sit mundus docens.

Miserere, Domine, miserere, Christe : Pater qui genitus semper, qui repræsentas Deum, da claves cœli, atque in me vince diabolus, in sede lucis ut quiescam, gratia salvatus tua.

HYMNUS III.

Deus Dominus, sanctus Spiritus : o beata Trinitas.

Pater, Filius, Paracletus : o beata Trinitas.

Præstator, minister, divisor : o beata Trinitas.

Spiritus operationum, Spiritus ministeriorum, Spiritus gratiarum : o beata Trinitas.

Unum principium, et alterum cum altero et semper alterum cum altero : o beata Trinitas.

De qua Pater substantia, et ipse substantia Filius, Spiritusque substantia, sed (1) ter ipsa substantia : o beata Trinitas.

Pater perfectus, perfectus Patre perfecto Filius; perfecto Filio sanctus perfectus Spiritus : o beata Trinitas.

Fons, flumen, irrigatio : o beata Trinitas.

In tribus ter gemina, sed una actio : o beata Trinitas.

Existentia, vita, cognitio : o beata Trinitas.

Caritas, gratia, communicatio : o beata Trinitas.

Caritas Deus est, gratia, Christus, communicatio sanctus Spiritus : o beata Trinitas.

Si charitas est, gratia est; si charitates et gratia, communicatio est : omnes ergo in singulis, et unum in tribus : o beata Trinitas.

Hinc ex Deo Apostolus Paulus (II Cor. xiii, 13) : *Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus vobiscum. O beata Trinitas.*

(1) Cautè lege, *ter*, id est in tribus : alioquin certum est substantiam seu naturam non numerari, sed esse unam. Simplicissimam plusquam unam numero.

Ingenitus, unigenitus, id est procedens genitus : o beata Trinitas.

Generator, genitus, regenerans : o beata Trinitas.

Verum lumen, verum lumen ex lumine, vera illuminatio : o beata Trinitas.

Status, progressio, regressus : o beata Trinitas.

Invisibilis invisibiliter, visibilis invisibiliter, invisibilis visibiliter : o beata Trinitas.

Omnis potentia, omnis actio, omnis agnitio : o beata Trinitas.

Impassibilis impassibiliter, passibilis impassibiliter, impassibilis passibiliter : o beata Trinitas.

Semen, arbor, fructus : o beata Trinitas.

Ab uno omnia, per unum omnia, in uno omnia : o beata Trinitas.

Unus simplex unus, unum et solum unum, et solum et semper unus. Alter unus, ex uno unus idem unus, et omnia unus unitor omnium, virtus unius, operans unum, ut fiant omnia : o beata Trinitas.

Ex æterno ingenite, ex æterno genite, ut omnia æterna sint genite : o beata Trinitas.

Tu creari imperas, tu creas, tu creata recreas : o beata Trinitas.

Tu Pater cunctis substantia es, tu Filii vita, tu Spiritus salvatio : o beata Trinitas.

Substantia ipsa vita est, vita ipsa qui est, æterna salvatio est : Pater ergo, et Filius, et Spiritus sanctus est : o beata Trinitas.

Tu esse cunctis præstas, tu Filii formam, tu Spiritus reformationem : o beata Trinitas.

Tu Deus infiniti et definiti Pater es : o beata Trinitas.

Tu o Fili, quia vita es, infinitus es; qui a mortuis vitam revocas, definitus es; tu quoque et infiniti et definiti Pater es : o beata Trinitas.

Tu etiam Spiritus sancte, quia salvatio es, definitus es, et quia definitio quod infinitum est retines, et infiniti et definiti pater es : o beata Trinitas.

Si ergo ter Pater unitas, omnis autem a te, o Deus, paternitas, unum et Deus, et omnis paternitas : o beata Trinitas.

Tu *λόγον*, Deus, creasti (1), hinc Deus factus Pater, et quia a te creatus est *λόγος*, et ipse quia in illo es, factus est *λόγος* Deus. Hæc duo unum sancto unisti Spiritu : simplex ergo et unum es factum in tribus.

D Spiritus, *λόγος*, Deus : o beata Trinitas.

Primum *όν*, secundum *όν*, tertium *όν*, et simplex tria : o beata Trinitas.

όν omne substantia est, *όν* formata substantia est : formata substantia aut sibi tantum, aut alteris, aut sibi aut alteris nota est : o beata Trinitas.

Substantia Deus est, forma Filius, notio Spiritus : o beata Trinitas.

όν primum, *όν* verum Deus es : ergo omnis et tota substantia, Deus es : o beata Trinitas.

όν secundum omnis forma Christus est : universalis autem substantia, cum universalis est, forma est

(1) Cautè lege : nam solet Victorinus *creandi et faciendi* verbo pro generandi et producendi uti.

substantia : igitur cum forma est , et Deus Christus est : o beata Trinitas.

Ὁν tertium sanctus est Spiritus , sanctus Spiritus , totius existentiae demonstratio est. Demonstratio autem numquam nisi nota demonstrat : nosse autem in divinis hoc est quod habere est. Cognoscentia enim ipsa eademque substantia est. Habet ergo Deum , habet Christum quem demonstrat Spiritus sanctus : o beata Trinitas.

Immensus , infinitus , invisibilis Deus es , sed aliis immensus , infinitus , aliis et invisibilis : tibi mensus , tibi finitus , tibi visibilis : Hinc ergo et forma tibi est , ergo et Λόγος : idem es , quia Λόγος forma est : et quia forma tibi notitia es , notitia autem Spiritus sanctus est : id ergo et Deus , et Λόγος , et Spiritus sanctus es : o beata Trinitas.

Tu , Fili visibilis , es enim universalis et omnium forma : Cum enim vivificas cuncta , fit forma de vita : Forma autem semper in substantia , et forma omnis notitia est : ergo in substantia Deus es , in forma Λόγος , in notitia Spiritus sanctus : o beata Trinitas.

Tu quoque Spiritus sanctus notio es : omnis autem notio formae et substantiae notio est : Cognoscis igitur Deum , et habes Dei formam. Hinc et Deus , et Filius , et Spiritus sanctus es : o beata Trinitas.

Esse Deus es , Spiritum esse Christus , apparere quod sit Spiritus Paracletus : o beata Trinitas.

Hinc Christum misit Pater , Christus Paraclatum , Christus ut Paracleto , Christo ut appareret Pater : o beata Trinitas.

Secreta atque in occulto substantia Deus est : secreto atque in occulto forma Deus es : secreta atque in occulto notio Deus est : Hinc (1) pro ὄν istorum τῶν ὄντων Deus es : o beata Trinitas.

Publica jam apparensque substantia λόγος es : et quia publica et apparens , forma autem quia Patris forma es , hinc tibi substantia es. Ergo in te pater est , quia pater substantia est. Eadem autem substantia , neque enim alia ulla substantia. Si ergo λόγος apparens forma est , forma substantiaque ipsa ; apparens autem forma apparensque substantia notio est : idem tu λόγος , et Deus , et Spiritus sanctus es : o beata Trinitas.

Omnis notio cognoscentia est , omnis cognoscentia substantia est , cognoscentiaque ipsa forma est : es ergo Spiritus sanctus publicata forma , apparensque

(1) Forte προὖν heic et infra.

substantia , sed salvans regeneransque , non manens generansve substantia es : o beata Trinitas.

Una igitur Deus , λόγος Spiritusque substantia est , manens in tribus , existensque ter in omnibus tribus. Hoc autem et forma et cognoscentia est , sic triplicatur omnis simplex singularitas : o beata Trinitas.

Tu , Deus incognite , tu incomprehensibilis Deus es , sed incogniti atque incomprehensibilis Deus es , quasi quaedam forma sine forma est. Hinc pro ὄν cum ὄν diceris magis defectus ac requies. Hinc cessantis cognoscentiae forma est noscentiae : o beata Trinitas.

Tu λόγος forma cum sis , forma patris es : hinc ergo et imago patris es. Et cum forma patris es , est tibi forma et ipsa substantia , et quia forma eadem et substantia est : hinc in te Pater est , et tu in Patre.

Item quia forma es , notio ibi est , ergo et substantia tibi nota , ex hoc notus et Pater est. Quippe cum in sinu ejus sis ab eo genitus , verum ergo et tu ὄν verum , ἐκ τοῦ ὄντος τὸ ὄν : Omne autem ὄν semper in tribus : o beata Trinitas.

Tu , Spiritus sancte , connexio es : connexio autem est , quidquid connectit duo , ita ut connectas omnia , primo connectis duo , esque ipsa tertia complexio duorum , atque ipsa complexio nihil distans uno : unum cum facis duo : o beata Trinitas.

Tres ergo unum , et ergo ter , ergo ter tres unum : o beata Trinitas.

Hinc Pater summus mittit λόγον , missus creat , et ministrat omnia , portans in salutem nobis carnem simul et sanctam crucem , remeans victor ad Patrem , salvandis nobis esse misit alterum : o beata Trinitas.

Semper cum Deo Christus est juxta substantiam : Etenim vita semper est. At quoniam vita , actio autem ut agat incipit , hoc est Christus natus est : ex aeterno autem Deus et Christus agit : ex aeterno igitur Deus Christus natus est : o beata Trinitas.

In caelos qui ascendit Christus est : de caelis qui descendit idem est. Non ergo ab homine , sed usque ad hominem Christus est : o beata Trinitas.

Hic est Deus noster , hic est Deus unus , hic unus et solus Deus : o beata Trinitas.

Hunc oramus cuncti , et oramus unum , unum Patrem et Filium , sanctumque Spiritum : o beata Trinitas.

Da peccatis veniam , praesta aeternam vitam , dona pacem et gloriam : o beata Trinitas.

Libera nos , et salva nos , justifica nos : o beata Trinitas.

VICTORINI

IN EPISTOLAM PAULI AD GALATAS LIBRI DUO.

LIBER PRIMUS.

Epistola ad Galatas missa dicitur ab Apostolo ab Epheso civitate : et idcirco quidam illam praemittunt epistolam , hanc ordinant consequentem. Summa autem hujus epistolae haec est : errare Galatas quod ad evangelium fidei , quod est in Christo adjungant judaismum , corporali intellectu observantes sabbatum ,

et circumcisionem , item caetera opera quae ex lege perceperant. His rebus motus Paulus scribit hanc epistolam , eos volens corrigere et a judaismo revocare , ut fidem tantum in Christum servent , et a Christo spem habeant salutis et promissionum ejus : scilicet quod ex operibus legis nemo salvetur. Ut refulet ergo ista quae adjungunt , confirmare vult